

Samuel Bohl Johannes Schelius

Disputatio Prima Pro Ministerio Sensus Psalm. Jobi Et Proverbior. Salomon. Ex Accentibus

Rostochi[i]: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn739737910>

Druck Freier  Zugang



Vert.: J. Schelius

J. Boel /c
R. U. theol. 1637.

DISPUTATIO PRIMA
PROMINI-
STERIO SENSUS PSALM.
JOBI ET PROVERBIOR.
SALOMON.

EX
ACCENTIBUS

Quam
D. O. M. A.

PRÆSIDE
M. SAMUELE BOHL,
Gryphenberg. Pomer.

In Academia Rostochiensi examinandam,
publicè proponit

JOHANNES SCHELIUS,
Gryphsvvaldens. Pomer.

Habebitur in Auditorio majori ad diem 24. Martij
horis antemeridianis.



ROSTOCHJ,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XXXVII.

DISPUTATIO PRIMA
PROMINI
STERIO SENIS PASTOR
IOTI ET PROVERBIO
SALOMON

AGEINTIBUS



JOHANNES GHELIUS
Globiavulnus totius
Habitu in vultu et in vultu

ROSDOK

Uplex scrutinium Scripturæ Sacrae
ex accentibus instituendum proponi, alterum
librorum, in Oratione ut hodie mun-
dus vocat prosa, alterum autem, librorum
in Oratione, ut mundus credit ligata. Illud
feliciter sum exorsus, & jam quinq; ejus dis-
putationes publicav. Dum autem animad-
verto, Scrutinium illud indies plures &
magis necessarias notas inculcare, quæ non tam facili pede, ut pu-
tabam, me patientur progrexi, placuit simul etiam initium facere
Scrutini librorum dictorum Poeticorum, Psalmorum, Jobi, & Pro-
verbiorum Salomonis, præsertim cum animadvertissem, me librum
Jobi non tam feliciter posse prælegere, nisi etiam ad minima um dis-
tinguendi rationem ex accentibus proponam. Faciam autem
cum bono D E O, ut sicut non puto in reliquis libris ullum apicem
accentuationis remansurum, cuius non possim rationem suffici-
entem dare, ita & in accentibus metricis ut vocant non committam,
ut aliquid relinquatur intactum. Nunc autem lube proce-
mialem quandam hanc disputationem præmittere.

2. Optarem sane tanta facilitate & tam succincta brevitate
me posse absolvere reliquos libros, quam hos, quos mundus dixit
difficillimos, prævideo autem si pacem laborem velim impendere
utriq; Scrutinio, citius hoc, quam illud assecututum epilogum.

3. Et cum hæc disputatione dici debet proœmialijs non gra-
viter feret lector, si digressus fuero & quasdam proœmiales que-
stiones proponero. Quæriuntur autem Num Job, Psalmi & Pro-
verbia conscripta sint in Oratione ligata. De Jobo taliter disse-
rit Hieronymus, Prosa incipit, verso labitur, pedestri sermone finitur,
omnesq; leges Dialectica propositione, assumptione, confirmatione, con-
clusione determinat: singula in eo verba sunt plena sensibus.

4. Ex his Hieronymi verbis dilabor ad expediendum aliud
quid, antequam ad resolutionem descendam. Dicit Hieronymus.

A A

quod

quod singula verba in eo plena sint sensibus. Quod quam verissime
sit dictum ocularis evincit demonstratio. Nam si in Prophetis V,
T. negare aliquis præsumeret, sæpe vocem unam duplicum invol-
vere respectum, sine quo respectu vis argumenti salva manere vix
posset, hic sane constringitur, nisi sine omni ratione, sine omni me-
thodo Spiritum sanctum locutum esse mentiti velit. Nam ut ad
alia simul deveniam, omnes Orationes, quæ in Jobo continentur,
ita sunt comparatae, ut non eas recte capias, nisi attendas ad vim
argumenti, intentionem dicentis, scopum respondentis, omnia n.
ita sunt disposita, ut habeant suum respectum ad priorem Orationem.
Quare interpres Jobi, nisi Orationes cum Orationibus con-
tulerit, argumenta cum argumentis, modos dicendi cum modis di-
cendi in vanum laborabit, & mundum suis glossis deciper, dum
obtrudit falsa pro veris, chartam in Germaniâ valde caram com-
maculat. Nam non opinandum est zophan Naamitæ de D E I N.
scrutabilibus judicis agenti; respondisse Jobum de ætate Melchi-
sedei aut ejus barba. Non respondebat Eliphaz Temanites de
crepidis Salomonis, quando Job extremam suam miseriæ deplo-
ratabat. Eadem res est etiam in Psalmis.

5. Quorum, ut ad institutam quæstionem primam redeam, au-
thorem Davidem vocat Simonidem nostrum, Pindarum & Al-
æum, Flaccum quoq; Catullum atq; Serenū Christum lyra per-
sonantem. Et alibi de Job dicit, translationem suam de veteribus
nullum sequi interpretem, sed ex ipso Hebræico, Arabicoq; Sermo-
ne, & interdum Syro, nunc verba nunc sensum, nunc simul utrum-
que resonare, Addit, Obliquum etiam apud Hebræos librum totū
fensi & (quod Graeci Rhetores vocant) εχηματισμένον dum a-
liud loquatur aliud agat, ut si anguillam vel mureuulam strictis te-
neas manib; quanto fortius presseris, tanto citius elabitur.

6. Nondum patitur Hieronymus ut ad resolutionem quæstio-
nis propositæ directe veniam urgent n. me verba ejus loco proœmii
iterum quærere, num Job continet Arabica & Syriaca. Respondeo
ita solet dici at dum nemo probat, & oculari demonstratione illud
evincat. Quid agam: Ego non credo, quæsivi Syriaca & Arabica,
inveni autem Hebraica. Aliud autem est, si loquatur de idiotismis
commu-

Num liber
Job conti-
neat Syraca
& Arabica

communibus & quibusdam punctuationibus vissis extraordinariis, ad eam rationem & alios libros illis oneribus gravatos esse dicere possemus. Quid enim est *Esa. 41. v. 25.* ? proxime accedit ad Arabismum ut de *N.* post *י* in fine taceam. Multa etiam videntur esse propria filiarum, quæ tamen mati proprie competit, sæpe dicitur de Idiotismis linguae Hebraicæ. Nam ad hanc usq; horam, quod sane deplorandum est nemo nobis exhibuit veram rationem Idiotismi linguae sanctæ. Condonandum est multum patribus, nam delusi sunt à Judæis nebulonibus, in quorum oculis forsan fuit contradictio. Vetus Testamentum explicare, & non simul accuratam habere linguae sanctæ cognitionem.

7. Deinde queritur, num liber Jobi sit lubricus & in morem *Num liber anguillæ* se habeat, quæ quo fortius premitur eo facilius dilabitur. *Job sit liber* Respond. Alius procul omni dubio fuit sensus beati parris præter *bricuſ* & *difficiluſ* eum, quem verba mihi suppeditant. Juxta illa enim dico, *contrarium* esse verum (præsuppono autem Explicatorem requisitis interprætis instructum) Nam quo fortius presseris, quo fortius institeris, eo accuratius sensum percipies. Illud fortiter comprehendere Divus Lutherus observavit cum collaboratoribus in actu versio- nis, quando aliquot dies necessum habuerunt super unum versum laborare. Et hodie qui non fortiter comprehenserit hunc librum, qui non accurate omnia perpenderit, recte oculos aperuerit, anguillam amittet. Nam sicuti omnes libri Scripturæ sacrae videntur esse difficiles, ita non possunt non esse faciles & dilucidæ si probe o- mania expendantur, & dignum adhibeatur Scrutinium,

8. Jam tandem nisi ad novum cūbium occasionem dederit Hieronymus, progredior ad evolutionem quæstionis procerialis, antequam autem & illud fiat, audiemus clarius se explicantem Hieronymum: A principio inquit voluminuſ usq; ad verba *Job Ora- tio* est proſa, porro à verbis *Job*, in quibus ait, pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo usq; ad eum locum, ubi ante finem voluminis scriptum est; Idcirco ipſe me reprehendo, & ago penitentiam in favilla & cinere, Hexametri versus sunt, dactylo ſpon- deo, currentes & propter lingue idioma, crebro recipientes etiam alios pedes, non earundem syllabarum, sed eorundem temporum interdum Rhythmus ipſe quoq; dulcis & tinnulus fertur numeris pedum ſolutus, quod

metris magis quam simplex lector intelligit. A supra dicto autem ver-
su usq; ad finem libri parvum comm a quod remanet prosa oratione con-
textur. Quod si cui videtur incredulum metra scilicet esse apud He-
braos. & in morem nostri Flacci. Graciq; Pindari & Alci & Sapphus
vel Psalterium vel Lamentationes Jeremie vel alia scripturarum can-
tica comprehendendi legat Philonem, Josephum, Origenem Cæsariensem,
Eusebium & eorum testimonio me verum dicere comprobabit.

9. Hujusq; Hieronymus, cui facilius fidem faceret, si ad oculare
rem demonstratione provocaret. Verum cum se verū dicere addat
testimonio Philonis, Josephi, Origenis Cæsariensis & Eusebii, non
immerito examino omnia. Dicitur, versus esse Hexametros Da-
ctylo, Spondæo; currentes. Subdubitabam prius, & non satis con-
stabad, quid diceret Hexametrum, cum autem inficiat mentionem
dactyli & spondæi, credo Hieronymo Hexametrum versum esse
eum, qui hodie Latinis Poetis est Hexameter, colligitur id inde,
quia eum distinguit à Rhymo dulci & tinnulo, qui aliquando in-
terferatur, quamvis etiam Flacci mentione injecerit cui varia car-
minum genera fuerunt familiaria. Tentabo ergo & sumam ex ca-
pite 19. **ונָכְר וְעַרְוָרְ רְוָאֵלְרְ וְרְחֹזְרְ אֶלְרְ** addam ver-
sum subsequentem: **רְקֹמְרְ עַל עַפְרְ** Rythmus hic non est, nec **וְקֹמְרְ** in toto capite 19. simi-
lem in fine pasuk invenit terminationem. Nam verba Bildadi
& Zophan Naamitæ Rythmum suum ad desinentias Jobi non di-
rexisse presumitur. Tento deinde num in his versibus vel unum
dactylum invenire valeam. Prima vox **וְאַנְרְ** est spondæus, duas e-
nīm continet syllabas num longas dicam vel breves subdubito,
nam dum non agnosco vocales longas nec vocales breves vix a-
gnoscere potero syllabas longas & breves, Magnas autem esse &
parvas vocales docuerunt me Judæi, syllabas vero esse simplices &
compositas ipsa me docet ratio, schevah autē ministrum esse com-
positionis nec ad constitutionem syllabæ sufficere extra con-
troversiam est. Jam autem dabo contradicenti, quicquid petierit,
si voluerit syllabas compositas dicere breves, quamvis hoc sine ra-
tione fiat, tamen tentabo num possim dactylos invenire, **וְעַרְוָרְ**
dicerem jam dactylum, at **וְאַנְרְ** esse compositam syllabam vix volet
opponens

opponens ut dicam, deficit enim minister compositionis. Sinon רַעַת velit dici dactylū in duobus illis versibus nullum inveniet. Dabo deinde scheva vel simplex vel compositum mundo dictum mobile dicam constituere syllabam brevem, si haec dixerim simili-
ter nullum invenero dactylum. In his versibus autem, quos non studio selegi, sed ut primi incidebant, assumpi, video ratione con-
stitutionis Syllabarum esse spondaeos ut רַעַת /sic עַגְוָן / רַעַת / Jamb.
אלְיָהּ quamvis enim ex compositione horum etiā alios pedes for-
mare possim, video tamen rem deduci ad id, etiam in Genesi & re-
liquis libris talia inveniri, supersedeo autem illo labore ne chartam
perdam.

10. Rythmi sponte fluxerant & si ex hoc principio metrum
adscribi debeat Iob Psalmis & Proverbiis Salomonis, Esaias est
etiam Metricus liber, nam in Oratione tertia Rex Assur in hunc
modum introducit gloriari רַעַת לְשָׁמְרָן ecce Rhytmus ele-
gantissimus Leba & Beha Halo caescher asiti laschomron vleeli-
leha, ceneeseh litusch alajim vviaazzabheba, ut multa alia loca ta-
ceam, si Rhytmus aliam formalem habeat rationem: ego non ca-
pio, cum non metricus quem requirit Hieronymus sed simplex sim-
lestor & Jobi & reliquorum librorum Scripturæ Sacré.

11. Quomodo Job & reliqui libri dicti metrici Catullum & Flac-
cum repræsentent ego non video, & similis videtur mihi hac in
parte iis Hieronymus, qui Rhetoricam Scripturæ Sacré ex Cicero-
ne dijudicare præsumunt, cum miseri illi Oratores, si cum Spiritu
sancto perorante conferantur Oratorum nomine digni non sunt.

12. Quomodo Lamentationes Jeremiæ conferat ratione me-
tricum Iob Psalmis & Salomone, satis videre non possum, Fieri
enim illud nequit ob accentuationem, cum accentuatio & lamen-
tationibus Jeremiæ & reliquis Canticis Scripturæ extra נָתָן ut
Rabbini abbreviant communis sit libris hystoricis & narrationis
hystorica vel concioni Propheticæ pro ratione sensus.

13. Non video ergo, quomodo salvare queam D. Hierony-
mum dum iis libris nescio quod Genus Carminis adscribat, quod
qua ratione defendi queat, non capio,

14. Vulg

14. Vulgata tamen hæc est sententia, à qua sine præphantibus rationibus secedere non licuerit. Verum ut ut sit, forsitan est meum at non tale, quale describit Hieronymus, certissimè enim credo, Jūdæum quendam nequam Hieronymoq; illudentem decepisse vitum religiosum; Quod ad Philonem, Josephum, Origenem Cæsariensem attinet, puto nec iis credendum esse, nisi posit onum suarum idonea producant argumenta.

15. At cum plane displiceat authoritatibus pugnare, eos viros non algabo, sed simpliciter dicam, quid lego in libris prædictis deprehenderim, ut ocularis unus auritis multis eo commodius præferri queat. Offendo autem 1. in prædictis libris tribus speciale rationem accentuandi, 2. Succinctiores sententias, &c 3. aliquando graviora dicendi genera. Succinctæ sententie trahunt secundum frequentiores Ellypses, quæ tamen, nisi extrema nos urgeat necessitas singendi non sunt. Graviora dicendi genera æterna & perpetua non sunt, nam & Esaias sæpe certaret, palmarum faceret dubiam, forsitan quandoq; prætiperet, modo exempla colligere allubesceret. Puto autem omnino in succinto illo dicendi genere consistere diversitatè styli, & cadere ita modum dicendi qui demonstrari potest ex reliquis linguis. Große Farren haben mich umbgeben / Fette Ochsen haben mich umbringet / hilff mir auf dem Rachen des Löwen / und errette mich von den Einhörnern. Sic tale genus dicendi ipse assingam Christo in cruce pendenti. Errette mich auf dem Rachen des Teufels / denn du hast mich vor diesen von meinen Feinden den Pharisæern errettet. i. e. Ante hac, qui mecum disputarunt, rubore sunt suffusi, & illi erant unicorns, jam autem in specie portæ inferorum i. e. omnis vis & judicium Diabolicum mecum conflictatur, & sicut leo inter feras, ita inter hostes meos primas tenet. Libera ergo me, &c.

16. Statuo ergo in prædictis libris נַחַן non esse μετρον sed μετριον, & si ad manus esset vocabulum vilius, adhiberem sancitum. Dum hæc scribo, sententiam lenire studio, non temere patribus contradicendum esse perpendo veritatis autem fulmentum me tamen in illis has in parte non invenire deprehendo; Ecce Magnificus vir Dn. D. Quistorpius, Præceptor meus venerandus, docet me

Succinctæ
sententie.

me, non me hæc primum incipere sentire, sed magnum & caligerum
antehac ejusmodi publicasse, offert idem vir Reverendus Animad-
versiones Scaligeri in Eusebium, in quibus quæ me primum vidisse
putaram deprehendo. Confidentius ergo jam loquor, & funda-
menta mea solidius confirmare incipiam. Liceat autem audire
Scaligerum. Pindari Pœsin Jambico & Alcaico metro currere cre-
dunt fortasse (aut sapphico) qui nunquam Pindarum legerunt, aut nesci-
uunt quid sit Jambicum Alcaicum Sapphicum metrum. Post aliquot
verba, De Psalterio magis miror, cum neq; in eo neq; in threnis ullum
canticum sit metrici legibus adstrictum, sed mere soluta oratio sit cha-
ractere Poëtico animata. Quin Isaie & aliorum Prophetarum Oratio
instar Pœsos aliquando figurata est, cum tamen pœsin propterea non
recte dixerit. Post aliquot paragraphos dicit, Librum Jobi constare
Hexametro carmine non magis concesserim, quam quod postea adjicit,
cum librum mixtum esse ex Hebraismo, Syriismo & Arabismo, quod
miror homini Hebraicè perito excidisse. Et ego non raro miratus sum,
magni nominis viros id pro vero acceptasse, & libris suis inseruisse.
Nolite ergo docti credere, quæ ipsi met non vidistis, multa patribus
sunt persuasa, quæ in Scriptura nullum plane habent fundamen-
tum.

17. Supra ad authoritatem Josephi & Origenis respondere
nolebam, non placebat enim agere authoritatibus, at jam Scaliger
me adducit ut verba ipsorum Graeca allegem καὶ μωσῆς ὥδη εἰς
τὸν Θεον εὐκάριον, καὶ τῆς ἐννοίας εὐχαριστίαν περιέχοσαν ἐν
εἰδαπέτρῳ τὸν τοῦντι θητοῖς. Video ex his, si verba sint Origenis &
Josephi, homines istos in Hebraica literatura parum proficisse, &
ut in seculis rudibus fieri solet plus visos esse, quam fuisse. Quod
ante me Scaligerum observantem traxit ut diceret; Nemo qui Phi-
lonem legerit, ignorare potest, illum Hebraismi imperitissimum fuisse:
Ideo an ullum Scriptum sacerorum Bibliorum metrici legibus conceptum
sit, illi non magis exploratum fuisse, quam quæ lingua Hyperborei ut-
rentur.

18. Nec est, quod Judæum fuisse Philonem prætendamus.
Nam multi Judæi tam accurati fuerunt & adhuc hodie sunt in lin-
gua Hebraica, quam multi Germani in sua Germanica, ut exem-
plum

plum Paraphrastis Caldaici, qui enōmiter s̄pē textū depravāvit pr̄tēteam, adeo non fidendum esse authoritatibus ipsa suadet ratio.

19. At dum Scaligerum pro me ita citare placuit, deprehendo etiam huic virum magnum h̄c verba usurpasse. Solum Cantum Mosis extremo Deuteronomio Proverbia Salomonū, & toſus fere liber Job quadam Rhytmī necessitate cohibentur, qui Rhytmus est instar duarum dīmetriarum Jambicarum, & tinnulus accidit ad aures Quæ verba etiam n̄mis videri possent dura, niſi vir clarissimus se ipsum satis explicaret, quando alibi dicit; Neḡ, vero putaveris genus illud Rhytmī, quo Proverbia & liber Job constant, esse simile ei, quod hodie Hodierni Versus Ju- daici.

רְדֵךְ הַבָּשָׂר בְּשָׁפּוֹת Via aquilæ in cœlo. Via aquilæ in petra, רְדֵךְ נָרָשׁ עַל־צָרָר & וּרְדֵךְ גַּבְרָכָעַלְמָה via navis in medio maris & אַנְדָּה כְּרָבִים via virti in juvencul. Non video hic Rhytmum, non video correspondentes versus propinquiores. Et etiamsi hinc inde extra paſtas inveniri posset quædam Rhytmī ratio, non tamen sufficeret ad d, quod probandum intenditur. Nam ut Scaliger dicit de Alcorano, commata ejus ad nodum ſint inæqualia, quia Critici Arabici voluerint terminari versus ubi occurrerit verbum ſimiliter definens, quamvis ut testatur Scaliger Alcoranus conſet genere metrōrum, non magis quam Epistolæ Ciceronis. Ut ut autem hæc ſeſe habeant, ſi ex Hebraico codice tales definentias velint dicere Rhytmum, ego ſimiliter Donatum metrice conſcriptum eſſe aſſeverabo. & forſan ratione viſa prægnantiori.

20. Verum ut proprius ad meum iſtitutum accedat, viderit tamen aliquot eſſe genus metri, cum accentus diversam ſortiantur rationem in libris Jobi Psalmorom & Salomonis Proverbiis Melior ſane ac tutior hæc fuſſet via probandi, Nam qui artificio

Accentus
in libris
ΑΜ

se cupit mentiri, agat de locis maximè dissitis, & rebus ab hominè
memoria remotis. Antequam de horum accentuum diversitatis
ratione agam, lubet excutere opinionem illam vulgatam de Musica
Hebræorum. Sunt n. qui non tantum statunnt libros dictos me-
tricos habere accentus Musicos sed & reliquos omnes libros. De
his nihil agam, miseret enim me aurium facilius. De illis non
immerito queritur. R. Videatur hæ res desumi debere ab antiqui-
tate scriptorum, at cum illi, qui de his rebus forsan scripserunt si-
miles sint iis, qui ad mare Balthicum habitantes, nec porta suo
egressi de mirabilibus novarum terrarum scribere non verentur.
Placet dare contradicenti, at ut audiat prius me dubia moventem.

*Num. ae-
centus sint
musici.*

21. Dico ego, si accentus sint musici, & Jobo, Psalmis & Pro-
verbiis omnes inserviverint modulationi, sequitur, eundem fuisse
tonū in lamentationibus, qui fuit in exultationibus & gaudijs pu-
blicis. Nam modo sensus idem sit, semper eadem utrobiq; obtinet
accentuatio. Nam si in Jobo (fingo exemplum certitudinis) in-
venirentur hæc verba. *Depressus sum in lutum profundum, vermes
sunt stratum meum dolores & tenebre mortis renes meos corroserunt:
Induite ergo Saccos amici, ejulate in pulvere & cinere, nam spes salutis
est absissa.* In Psalmis vero vel etiam alibi in Proverbiis legeren-
tur hæc verba. *Occupari cœlos cœlorum, tota terra scabellum pedum
meorum, majestas & omnipotentia DEI carnem meem deificarunt,
Imponite ergo Coronas Christiani gaudete in exultatione & tripudio.
nam spes salutis est fixa.* Tunc eadem utrobiq; inveniretur accentuatio. Forsan mihi non creditur in hoc cau, quare allegabo si-
miliem accentuationem ex Scriptura Sacra in materia dissimili, David dicit P. 6. *Cantate gloriam Domini præcesserat autem
jubilate.* Job Capite tertio dicit: *Maledicant omnes maledicentes
dilei.* Putas jam Lector, hæc Jobi, tanto tripudio & exultatione
fuisse prolata, quam psaltis, & tamen eadem utrobiq; occurrit ac-
centuatio, adeo ut & Meteg medium utrobiq; sese ostenteret. Hic
erat versus dimidiatus, assumam versum totum. Job dicit: *Der Tag
müsste verloren seyn/ darinnen ich geboren bin/ vnd die Nacht/ da-
man sprach/ es ist ein Männlein empfangen.* David P. 6. dicit.

Vij

Sprecht

Sprecht zu Gott / wie wunderlich sind deine Werke / es wird deinen
Feinden fehlen für deiner grossen Macht / præcedebat autem in
Jobo. Job verflucht seinen Tag / in Psalmis. Jauchzet Gott alle
Länder / etc. Rühmet ihn herrlich / & utre biq; tamen eadem est ac-
centuatio. Si jam accentuatio inserviat modulationi Musicae, se-
quuntur ejulationes & jubilationes eadem expressas fuisse harmo-
nia vel modulatione. Ego autem hæc non credo, nam non fidem
facient mihi Salebrosi Cantores, qui *Miserere mei DEUS, De profun-
di clamavi* Die Angst meiner Seelen ist groß/conformant ad cou-
randam (si monstrum in Lingua Germanica recte pronunciem)
Gallicam vel ad aliam Cantiunculam impuriorum hystrionum.

22. Si alijs verisimilius videatur, alias habebunt rationes, se-
quitur autem secundo. Idem Canticum cantatum in Psalmis &
positum in alio libro seu ibidem repetitum, non fuisse eodem mo-
do decantatum. Conferatur enim Psalmus 18. cum Cap. 22.
2.Sam. Hic vocatur **רְבָרוּ הַשִּׁירָה הַזֹּאת** Verba cantici hujus,
ita etiam in Psalmo, sequitur, in die quando liberârat ipsum Do-
minus ex manu hostium suorum & Saulis. Sic etiam in Psalmo,
& tamen non gaudet eadem accentuatione, ut ex inspectione libri
ad oculum patescat. Quæ hic dici queant prævideo, nullius autem
sunt Ponderis, nam si constaret reliquos accentus esse Musicos, ali-
ter progrediendum esset, at hoc non esse ex præcedenti dubio for-
san satis est probatum.

23. Ad quid autem tot Instrumenta Musica, quorum in Psal-
mis fit mentio? Ut decantarentur Psalmi in illis. At inde non se-
quitur accentus esse Musicos, nam ea ratione Proverbia & Job
etiam fuissent decantati in eum modum, quia eadem gaudent ac-
centuatione, non legimus autem ibi de tot instrumentis Musicis.
Vidi libellos, in quibus authores notas accentuum posuerunt, &
per notas nostras musicales expresserunt, aliter autem dicunt cane-
re Judæos Germanos aliter Hispanos. Ah quam valde & misere
decipitur mundus. Nolne ob illos homines sibi ipsis non con-
stantes credamus Spiritui sancto etiam accentus illos fuisse notas
Musicales. Nam procul omnidubio à veteribus fuisse ars illa ea-
nendi

sendi translata ad posteritatem, quia continuo cecinisse dicuntur
Judæi in Synagogis, quāmvis id falsum est. Hoc fuit ars Sathanæ,
ut arceret Christianos à Scrutinio veræ constructionis Psalmorum
eorumq; sensus, imo ab intimiori cognitione Scripturæ sacræ,
quando persuasit, accentus esse Musicales Judæis felingendos,
Surrexerunt homines & hæc dixerunt, avide sunt arrepta omnia
nam hac credere nullum creabat laborem scrutandi. Cum ergo
hæc fraus detegi incipiat, conferte animos & studia Rabbini Chris-
tiani, ut rationem sensus detis ex accentibus, & nolite credere iis,
qui dicunt multa & pauca demonstrant. Nam quamvis melodia
illa juxta notas inventum sit novitiorum Judæorum, tamen non
crediderim, hodie juxta talem tenorem decantare Judæos, Lipsiæ
in Synagoga audivi contrarium, in quo talem cantum audivī,
quem si Corydon ex pago ter audiret, facile fine omni hæsitatione
repetere posset.

24. Nolo autem interea negare Psalmos esse decantatos, sed *Psalmi non*
hoc v' o tan' um, non esse decantatos juxta accentus seu *notas sunt decan-*
musicales. Instrumenta autem Musica nihil hic juvant contradic-
centem, sive enim penatur *Binginoth* sive *bannichilot* sive *binginoth*
al baschschmini sive *al haggittib* sive de quo adhuc solet certari-
num sint instrumenta Musica *al jonat illem*, *al muth laben* *al ajelet*
baschschaban &c. &c. &c. decanati sint *Psalmi*, eundē tamen ha-
bebunt tonū, eandem melodiā, ut rāceā, quod *nomina instrumento* *Instrumenta*
rum Musicorum, itidem *sint accentuata in initio Psalmorum*. *Videmus Musica ac-*
centuata. Ergo ob constructionē vocum accentus esse appositos. De instru-
mentis alias Musicis puto eandem rationem esse, quam in nostris
canticis, sive enim *Magnificat* Octavi toni sive septimi (nisi errerem
in terminis Cantoralibus) sive quarti, *udatur tibia*, sive *chelide*,
sive *organo*, sive *Cythara*, sive instrumento *arundineo* *magistri*
boum, *unum & idem est Magnificat*, nonunt enim variationem to-
norunt, periti artis ad multiplicitia sōramina & alia media appro-
priata formare, manente tono generali *et Magnificat*. Sic in *Kyrie*
noſtre, quod ad excrandam reverentiam vulgi cum reliquis Can-
tis in nostris Ecclesiis rerinetur, eadem manent in sensu col-
lommata & puncta, idem vocum ad voces respectus, etiamsi fiat

paschale, pentecostale vel Johanniticum, docet enim ea liber
Choralis.

25. Sed satis superq; de Musica redeundum erit tandem ad alia, quæ scopum meum magis ferunt, præseri accentus in libris metricis. Dico ergo accentus eodem funguntur officio in libris **PSALM** quo funguntur in reliquis, demonstrant distinctio-
nem, connectunt voces non tantum ratione regum sedet ministri-
um.

26. Causam autem quæris, cur illi libri peculiarem accentuum formam contineant. Deprehendimas enim, aliquot accentus reliquorum librorum in his libris **PSALM** plane non inveniri, quosdam hic esse eventos, quosdam depresso &c. Respondeo causam accuratam esse spiritui sancto, putare autem me, Spiritum sanctum hoc ipso nos voluisse docere naturam accentuum, quæ consistit in connectendo & construendo versu, in distinguenda vera ratione sensus à falso respectu positus vocum, adeo ut si ratione accentuum habeamus cognitam cum positu vocum, in constructione Grammatica nos errare posse incredibile est. Sic autem docere voluit Spiritus D E I. Dum enim in illis libris aliam formam adhibet, in his aliam, urget, quære rationem; Ratio prima videtur esse in distinguendis libris Musicis ab aliis, at id obtinere posse statim contra dicit eventus, deinde videtur factum id esse ad distinguendos libros metricos à prosis, at metricos dari, probari nequit. Videtur ergo distinguere voluisse hoc ipso libros metronimiles à reliquis. Hoc videtur probabile, at dum metro similis sit etiam liber Lamentationum Jeremiæ, Canticum Canticorum, & tamen communi contenti sint accentuatione, fallax videtur esse ratio. Accedit ergo tandem mera esse signa accentus positus vocum, constructioni, & distinctionis, parum interesse sive hæc sive alia figura ponatur modo quæ semel posita est in simili sensu retineatur, cuius rei specimen procul omni dubio dare voltur in Psalmis æternus D E I spiritus. Hinc dixi ego in disputatione quinta Scrutinii librorum reliquorum, parum me curare, quis inventor sit, item quando inventi sint accentus, modo sciam, eos **UNICE VERO** sensui in servire, prævidit enim Deus, surrectos, qui disputerent de

de forma externa non tantum literatum sedet vocalium, imo ac-
centuum, & hac diversitate tacite docere voluit, parum interesse
quænam sit forma externa, modo interna maneat inviolata.

27. Ex quo principio etiam dico, me ignorare velle causam
diversitatis consecutionis, modo sciam, etiam in libris **¶¶¶** inser-
vire sensui. Et sicut illud in priori Scrutinio, quod reliquos libros
Scripturæ sacrae concernit, aliquot argumentis in disputatione
proæmiali proponébam, ita iisdem argumentis eandem rem in
Psalmis, Jobo & Proverbiis probare me posse puto.

28. Primum argumentum erat illud. Si versus repetitus iis-
dem vocibus iisdem syllabis, eodem sensu, necessario & perpetuo in
Scripturæ sacra eadem versi accentuatione, necessario accentus
inservient sensui, idem argumentum & hic valere dico. Quærat
qui volet similes versus, similem etiam inveniet accentuationem.

29. Secundum argumentum erat, si versu partialiter repe-
titus, modo mutatio non sit facta extra reges, eadem veniat ac-
centuatione, & mutatio tantum conspiciatur in mutatione sensus,
dilationis termini &c. necessario inservient sensui. Idem & hic valet.

30. Tertium erat: Si versus repetitus quoad sensum tantum
Grammaticum, etiamsi nullas repeatat voces, eadem conspiciatur
venire accentuatione, sequitur sensui inservire accentus, idem &
hic repetitum volo. Ut primi argumenti exemplum suppeditem
conferatur totus Psalmus 14. cum 53. & quæ dixi ita se habere de-
prehendentur. Summatim, ubi cūq; in Psalmis, Proverbiis, & Jobo
idem est sensus, eadem constructio, sive sint verba eadem sive non
eadem venit accentuatio, inserviet ergo ea vero sensui.

31. Et cum Cantoribus sua Musica, veteribus opinionistis sua
somnia, Scepsicis sua præsupposita sint relinquenda, ego etiam
jam præ conclusione dicam. Libri **¶¶¶** sunt Poetici, accentus
sunt instar notarum Musicarum quamvis non ctedam, at ut simili
dicam. Accentus inservunt sensui, & ne unus apex in predictis li-
bris occurre potest, cuius Doctor & interpres Scripturæ non teneatu-
dere rationem, & quandiu nos ignoramus, rationem accentuum Poet
corum ut ita loquar, tam diu apodictice de constructione totali o-
mnium librorum agere non nos possumus.

32. Quod

32. Quod ergo felix & faustum sit, Ecclesiæ præficiuum, mihi
vero laboriosum, ego cum bono D E O in disputatione secunda
dare incipiam rationem accentuum Poeticorum, & demonstrabo
in his ministerium sensus. Ad hoc, post alia animavit me Bux-
torfius Senior, cum in hæc verba in suo thesauro erumpit, *Quare*
רָחוֹת ut loquitur Kohlelet 5. v. 15. qui in his penitus scruta-
tandis opem ulterius impendet, consequetur qd id quod R. Akibba cuidam
anxie laboranti, sed parum proficieni respondit, ut legitur in Baba Kao-
ma. צָלָה כִּמֵּן אֲדִירּוֹת וְהַלְוִיהָ הַרְסָ בְּזִדְךָ. Nam & ego
laborabo / ut corporis Spiritum videam, ego manum meam
demittam in profundum maris, ut testam educam. Nam si vos viri
magni, qui hæc scribitis, putatis parum extrahere me, cum extraho
testam, extraho tamen id, quo mediante carbones colligo ignis,
ne manus aduram, & tamen candelam accendere queam, cui
ut sine adustione manus fulgeat, D E U S clementer
benedicat.



de forma externā non tantum literatum sedet
centuum, & hac diversitate tacite docere voluit
quānam sit forma externā, modo interna man-

27. Ex quo principio etiam dico, me igno
diversitatis consecutionis, modo sciam, etiam in
vire sensui. Et sicuti illud in priori Scrutinio, qu
Scripturae sacrae concernit, aliquot argumentum
proximali proponebam, ita iisdem argumentis
Psalmis, Jobo & Proverbiis probare me posse p

28. Primum argumentum erat illud. Si v
dem vocibus iisdem syllabis, eodem sensu, necessa
Scriptura sacra eadem venit accentuatione, ne
infringent sensui, idem argumentum & hic val
qui volet similes versus, similem etiam inveniet a

29. Secundum argumentum erat. Si verius
titus, modo mutilatio non sit facta extra reges
centuatione, & muratio tantum conspiciatur in
dilationis termini &c. necessario interficiunt sensu

30. *Tertium erat: Si versus repetitus quo
Grammaticum, etiam si nullas repetat voces, e
venire accentuatione, sequitur sensui inservire
hic repetitum volo. Ut primi argumenti exem
conferatur totus Psalmus 14. cum 53. & quæ di
prehendentur. Summatim. ubicunq; in Psalmis,
idem est sensus, eadem construc^on, sive sint ver
eadem venit accentuatio, inserviet ergo ea ver*

31. Et cum Cantoribus sua Musica, veteribus
somnia, Scep:icis sua præsupposita sint relinq:
jam pre conclusione dicam. Libri **ΑΒΓΔ** sunt
sunt instar notarum Musicarum quamvis non
dicam. Accentus inserviunt sensui, & ne unus a
bris occurre potest, enjus Doctor & interpres Scri:
dare rationem, & quandiu nos ignoramus, ratione
corum ut ita loquar, tam diu apodictice de con:
muniū librorum agere non nos possumus.

